

CLASSIS SEXTA

EXSICCANTIA.

**Q**uae nimiam partis humiditatem absorbent, par-  
temque sicciorem reddunt, EXSICCANTIA,  
Indicantur

*I.* Dum plurimo, & nimis tenui humore vulnus,  
ulcus madet. L. B. van SWIETEN.

*II.* Dum alia corporis humani sana pars incommo-  
do constanter sudore perfunditur: sed his rebus multo  
opus iudicio, ut, an siccare conveniens, intelligatur.

*III.* In pertinaci vasis rupti, discissi, sanguinis, se-  
ri, lymphæ fluxu, aut fistillicidio.

Contraindicantur vero

*I.* In punctura, CHARMETTON in Quæstione ab  
inlyta Academia Regia proposita pro præmio 1748.  
*Determiner ce que c'est que les Remedes dessicatifs, &*  
*les caustiques.*

*II.* In ulcere veteri, annoso.

*III.* In ulcere quounque inflammato, sicco, do-  
lente, NANNONI, in eadem quæstione pro præmio  
1748.

Cum vero perpetua illa, & molesta humoris trans-  
fudatio vel ex tenuitate humoris per partem fluentis,

M 2                   vel

vel ex debilitate partis humores haud coercentis oriantur, exsiccantium duo generalia constituentur genera, hæc humores, illa solida corridentia, insipillantia nempe, & adstringentia, quorum priora interno dicata usui magis, in Materia Med. T. II. dicta, hic haud repeatam, cum de unica horum divisione solum dicturus sim, de coagulantibus nempe, tum de adstringentibus. Verum quia in recenti, nimio humore perfuso, ulceræ, sepe nec evidens fluidorum tenuitas, nec certa solidorum relaxatio criminari potest, proin operosa hac curatione opus non sit, medicamenta exsiccantia ratione effectuum in sequentes classes distribuo.

## I. EXSICC. BIBULA.

**H**æc indicantur I. dum nec in fluidis, nec in solidis multa labes, sed ex solo fotu extravasati, maceratione leniori, ancipites ulceris recentis extremitates elaterem suum amiseré quodanmodo, ut impulsum viribus cordis humorem non coercere amplius, nec in vasa lateralia sufficenter impellere possint.

**II.** Ubi completo bonis avibus ulceri, cicatrix inducenda, CHARMETTON.

**III.** Ubi in ossium carie incommodus ex ossium cellulosis humoris proventus Alex. MONRO, Society in Edimburg T. V. P. I.

Inter hæc sunt

Plumaceola simplicia, } fumis aromaticis imbuta  
Rasa, } sicca.

Spongia præparata.

Hæc

Hæc vero cum lœvia, porosa, sicca sint, ex extremitatibus hiantium vasorum humidum bibendo, & in se attrahendo, ulceris liberant superficiem, sicciorēque reddunt, ut hand continuo amplius maceratis, puncta contactuum augeantur, cohæsio increscat, impulsis resistentia fluidis maior ponatur, coercentur fluida arctius, & per lateralia vasa distribuantur felicius, sic demum totus compleatur hiatus. Nec repugnare bi-  
bulos terrestrium pulveres in hanc classem revocanti, qui si impalpabiles sint, in parte molli indicantur, L.  
B. van SWIETEN, in ossea minus, Cl. MONRO. Ex hoc censu sunt

*Cancrorum lapides praeparati.*

*Corallia rubra praeparata.*

*Ossa calcinata, præcedentibus magis bibula, sed etiam magis caustica caute applicanda.*

## II. EXSICC. ADSTRINGENTIA.

In solidis suppuratione maceratis debito maior, quam quæ simplici humidi absorptione emēdetur laxitas, medicamenta, elementa fibrarum arctius compingentia, coadunantia requirit; quæ quoniam etiam imperspirabilem partem reddunt, ob id duplēm indicatiōnēm explent. Inter hæc usitatoria sunt

*Aqua frigida in recenti ulcere proficua, CELS.*

*Aqua aluminosa.*

*Bolus.*

M 3

Ca-

Calaminaris lapis.

lapidis *praeparationes*.

Pompholyx.

Tutia.

Hæmatites Lapis.

Plumbi *praeparata*.

Ceruffa.

Minium.

Lythargyrus.

Saccharum saturni.

Terra Aluminis.

Zinci flores.

## OFFICINALIA COMPOSITA.

Unguenta.

Album simplex.

Ad ambusta.

Comitissæ.

De Lythargyro.

De Minio.

Nihili.

De Tutia. Simul Anodynnum.

Emplastra.

Album coctum.

Diapalmæ.

De Lapide calaminari,

Defensivum.

Saturninum.

Stypticum.

Triapharmacon.

**III. EXSICC. AROMATICA.**

**I**ndicantur, dum stimulo opus, ut solutæ fibræ vis  
prior infundatur.

**EX SIMPLICIBUS.**

Camphora.

Colophonia. Lenior.

Gummi.

Elemi.

Juniperi.

Myrræ.

Tacañahaca.

Masticæ.

Olibanum.

Sarcocolla.

Styrax.

**EX COMPOS. OFFICINALIBUS.**

Aquæ vulnerariæ.

Lac Virginale,

Spiritus vini simplex.

Camphoratus.

Tinct. præcedent. simplicium, aliæ Aromaticæ.

Unguentæ.

Album Camphoratum.

Digestivum spiritu vini camphorato &c.  
animatum,

Emplastræ

Divinum.

Gryfeum.

Oxicroceum. &amp;c.

M 4

Fe.

Feliciter admodum hæcce prioribus iunguntur. Sic in spiritu vini alumen solvit bono effectu, alia aliter combinari possunt. Ex his vero omnibus, a quarta Classe suppurantium nempe, huc usque recensitis, facile patet:

Quid censendum de sarcoticis sit, & quæ eligenda: eum enim ea, quæ regenerationi carnis deperditæ favent, SARCO TICA merito habeantur, & suppurantium, seu digestivorum omnes species, omnes detergentium, tum demum, & exsiccantium huic famulenter, ea sarcotica esse clarum, hinc, ut hæc multiplicia, calida, frigida, humida, sicca, emollientia, adstringentia, sic & illa esse evidens. Non datur igitur ullum medicamentum universale vel digestivum, vel detergentem, vel exsiccans, minus adhuc sarcoticum, ut materia chirurgica a multis inutilibus liberari possit. In arte salutari perpetuo sumnum erit cognitio exacta morbi, huic soli remedium facile; nec obstant specifica.



CLAS-